Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316019-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316019-p0002-2

DE

INVNDATIONIBVS AQVARVM VARIAE IVRIS SENTENTIAE

QVAS

PRAESIDE

D. GEORGIO STEPHANO WIESANDIO

PROFESSORE DIGESTI INFORTIATI ET NOVI ORDINARIO CVRIAE PROVINCIALIS CONSISTORII ECCLESIASTICI SCABINATVS ATQVE COLLEGII IVRECONSVLTORVM ASSESSORE

DIE XII. IVNII. A. S. R. MDCCLXXXIIII.

H. L. Q. S.

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVRVS EST

CARL ALEXANDER STERN

CAHLA-ALTEBVRGENSIS

VITEMBERGAE

IMPRESSIT IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHIVS.

25./23

1784 8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316019-p0003-8

I.

A quae magnitudo, ſiue oritur ab imbribus et nubibus nimia vi in terram effuſis, ſiue ab ingenti nivis immodicae copia, eſt caſus fortuitus. L. 23. D. *de* R. I.

II.

Qui per inundationes aquarum bona ſua ex maxima parte amiſere, perſonis miſerabilibus ſunt annumerandi. Fruuntur igitur beneficio ceſſionis bonorum. Si totum patrimonium amiſere, ius pauperum iis non erit denegandum.

III.

Si totum corpus, in quo uſusfructus haeſit, inundatione interierit, uſusfructus eſt ſublatus. §. 3. I. *de uſufruct.* Reuiuiſcit vero, ſi res ſimilis formae fuerit reſtituta. L. 20. §. 2. D. *de ſeruitut. praed. urbanor.* L. 71. D. *de uſufruct.* Voetius in *Commentar.* ad *Pandect. Libr. 7. Tit. 4. §. 9. ſeq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316019-p0004-4

IV.

Iuundatio temporaria dominium fundi non mutat. §. 24. I. *de diuiſ. rer.* L. 7. §. 6. D. *de adquir. rer. domin.*

V.

Si quis inundatione impediatur, quo minus ſeruitutem itineris, actus vel viae exercere queat, eam non amittit. L. 14. D. *quemadm. ſeruitut. amittunt.* L. 35. D. *de ſeruitut. praed. ruſticor.*

VI.

Creditor pignoratitius, cui vis aquae pignus abſtulit, hanc vim non praeſtat. L. 30. D. *de pignorat. act.*

VII.

Quae vis fluminis aufert, non ſunt res derelictae, vel nullius. §. 21. I. *de diuiſ. rer.* Harmenopulus in *promptuar. iur. Libr.* 2. *Tit.* 1. 41.

VIII.

Res, quae ob inundationis periculum deponitur, efficit depoſitum miſerabile. L. 1. §. 2. D. *depoſit. vel contra.*

VIIII.

Emphyteuta ideo, quod praedio emphyteutico ob inundationem frui fuerit impeditus, remiſſionem canonis petere non poteſt. L. 1. C. *de iure emphyteut.*

X. Su-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316019-p0005-9

X.

Superficies non interit, licet aedificium impetu aquae fuerit ſublatum. Struv. in *iurisprud. Rom. German. Libr.* 2. *Tit.* 12. §. 22. et Leyſer in *Specim.* 509. *Medit.* 2.

XI.

Quae vi fluminis in aliena praedia importata vel reiecta ſunt, ea quidem a domino vindicari queunt: attamen labor in eiusmodi rebus ſeruandis adhibitus merito erit compenſandus. L. 9. §. 1. D. *de damn. infect.* Confer Fritſchium *de iur. grut. cap.* 5. *ſect.* 3. 19.

XII.

Concedimus quidem, nivem, quae praeterita hieme cecidit et aquam inde obortam, eſſe caſum inſolitum. Sed nihilo ſecius is, qui ad caſum ferendum in genere obſtringitur, vel eius praeſtationem in genere recepit, etiam damna a niue immodica oborta ferre debet. L. 78. §. *ult.* D. *de contrah. emt.* Otto in *diſſert.* de *praeſtat. caſ. ſolitor. inſolitor. et inſolent. cap.* 2. .§ 9. *ſeq.*

Wittenberg, Diss., 1783-85

1

ULB Halle 3
004 335 937

8l.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316019-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316019-p0008-6

25. 23

1784 8

DE

INVNDATIONIBVS AQVARVM VARIAE IVRIS SENTENTIAE

QVAS

PRAESIDE

D. GEORGIO STEPHANO WIESANDIO

PROFESSORE DIGESTI INFORTIATI ET NOVI ORDINARIO CVRIAE PROVINCIALIS CONSISTORII ECCLESIASTICI SCABINATVS ATQVE COLLEGII IVRECONSVLTORVM ASSESSORE

DIE XII. IVNII. A. S. R. M DCCLXXXIIII.

H. L. Q. S.

AD DISCEPTANDVM PROPOSITVRVS EST

CARL ALEXANDER STERN

CAHLA-ALTEBVRGENSIS

VITEMBERGAE

IMPRESSIT IO. CHRISTOPH. TZSCHIDRICHIVS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316019-p0009-5